



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetii, 1608

Qvæstio II. De præceptis legis veteris in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

Paulus. congruere coniectamus, Et non est dubium, quin licet alij fortasse sufficiunt tunc obedientiores, tamen ad finem vniuersitatis redemptionis ex alia parte concurent congruentiores causae, cur Deus illam gentem & tempus elegit. Tamen si **Solutio.** demum causae omnes ad fontem prædestinationis referenda sint. Ex quo primum argumentum præcedentis articuli dissimilans.

QVÆSTIO II.

DE PRÆCEPTIS LEGIS
veteris in genere.

S.Tho.1.2.quæst.99.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex vetus vnicum tantum continueris præceptum.

Primum argu. Equitur quæstio secunda de legis antiquæ præceptis in genere. Et arguitur, quod nō fuerint plura, sed vnum tantum, tunc ex illo ad Rom. 13.

Paulus. Si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum, quod vnicum est tunc ex illo Mat. 17. Omnia quæcumq; vultis vt faciant uestib; homines, hæc & uestis facite illis, hæc est n. lex & Prophetæ. Lex namque uestis non erat amplior quam quæ lege & Prophetis coelebat, ergo tota lex uestis vnicum erat præceptum. In contrarium est Apostolus, qui ad Ephes. 2. appellat illam legem mandatorum, quam Christus decretis Evangelicis euacuavit.

Conclusio. In ingressu statim præceptorum legis generalissimus articulus est, an fuerit plura. Similem nanque supra de lege naturæ, quæfuiimus, similique his modo conclusio ne dissoluetur, quæ est hæc. Præcepta uestis legis unum quodammodo sunt ratione ordinis ad eundem finem, simpliciter tamen plura, secundum peculiares objectorum rationes quæ ciudem finis assequendi media existunt. Et ratio est per se lucida. Cū enim p̄cepia de actionib; humanis sint

carum rerum quæ fieri debent, necessitas autem cuiusq; operis & officii a fine sumatur, finis vero legis (vt supra monstravimus) sit bonos facere uestes, sit vt per ordinem ad hunc finem cuncta præcepta quodammodo dicantur unum, sicuti lex una. At vero quoniam ad hunc eundem finem multa sint officia necessaria, de quorum singulis speciebus opera præmium est edici singula præcepta sui, vt impliciter sint plura. Sed

Prima porrigi nihilominus nobis virunque me dubitum dubitadi ansam. Prior in qua, quod tio, legis veteris non unus tantum, si præcedetium memineris, constitutus est finis, sed vnum præceptorum moralium, qui erat sub ditorum probitas, atq; alter ceremonialiū puta Christus, qui illis presignabatur. Quia Solvitur neq; ratione finis unum erat præceptum. Respondetur tamen quod finis diuina legis vt articulo proximo patebit, non est sicuti humana amicitiam tantum & charitas inter homines, sed illa quæ nobis est cum eodem ipso Deo, de qua viq; legitima charitate illud r. Th. 1. intelligitur. Finis præcepti charitas. Hanc autem amicitiam nulla legis opera (vt dictum est) conciliare absq; Dei gratia possunt. Concedimus ergo duos fuissim partiles fines legis, ad vnum tamen relatos. Finis n. moralium, erat mores componere, finis autem ceremonialiū, venturus Christus, auctor gratiae: quorum vtrinq; ad uestram salutem animæ exigunt, qui vnicus est legis finis, nam per Christi gratiam eius efficimur mebria, in ipso autem compaginati per legis officia progredimur ad vitam eternam. Alterum vero dubium est huic contrarium. Apparent, n. omnia præcepta, non solū (vt a.unt) secundum quid per ordinem ad vnum finem, sed simpliciter esse hoc unum diligenter dominum Deum tuum. Enimvero dilectio Dei nihil aliud est, quam eius seruare mandata, iuxta illud Io. 14. Si quis diligenter me sermonem meū seruabit, & patrem eius diligenter cū. Eti. Io. 2. Qui dicit se nosse Deū & mandata eius non custodit, mendax est. Qui autem seruat uestrum eius, uere in hoc charitas Dei perfecta est. Et confirmatio sententia huius est, quod pes cuiusque præcepti, quod uere est præceptum, transgressione, amittitur Dei charitas. Quod certe non continget, nisi cuiusque transgressio in transgressionem dilectionis Dei confitetur, omnia ergo præcepta simpliciter citer

Alla cō- citer vnum sunt. Namque si hoc neges, Deum, diligat & fratrem suum. Atque
firmitudo cum negare nequeas, quin cuiuslibet præ-
varicatio si sit etiam violatio huius præcep-
ti diuinæ dilectionis, consequens tibi sit, Adsec. 9.
nullum sit simplex peccatum, sed cun-
cta sint dupla, vt cum hominem occi-
deret, unum esset contra charitatem proximi,
puta occidere, & alterum contra
charitatem Dei. Et cum furtum vel adul-
terium faceres, similius. Respondeatur
ergo non unum, sed plura esse quorum
dilictio à distinctis rationibus obiecto-
rum summittur, vt qnact. suq. patebit.
Sed tamen omnia sunt quadam explicatio-
nes illius generalis quod est diligere Deum.
In hoc capit. constituit nostrum erga ip-
sum amorem, ipsum in primis coleremus,
mox nos diligenteremus inuicem. Quocunca
conceditur, hominem occidere, esse quan-
dam transgressionem diuinæ dilectionis,
sed tamen non sunt duo peccata, sed unum
quod a proximo obiecto nuncupatur ho-
mocidium, si itaque ratio illud generalis
diligendi Deum contrahitur per diversas
species, sicuti ratio animalis. Vnde sicut
homo & animal non sunt duo sed unum
quod est homo, si occidere ac dilectionem
Dei violare, An uero præter hoc ge-
nerale sit speciale dilectionis mandatum
quod suum habeat peculare obiectum, S.
Th. docet 2.2.q.44 & quæst. sequentii reco-
lendum nobis iupererit.

Ad primum igitur membrum argumē-
trin contrarium respondetur, quod tunc
modo dicebamus, generale diuinæ dilec-
tionis mandatum specialibus cunctis præ-
ceptis participari, ita & hoc. Diligens pro-
ximum, qui licet triplum, finis est omnium
qua erga proximum impletur, quia uero
genus per reliqua specialem expolitum. Ni-
hi l. n. aliud eī diligere proximum, quam
illum non habere, puta non occidere, non
furari, &c. quod uerbū Paulinū, instau-
tati, designat. Inter alios namque signifi-
catus, quos nos illi agnouimus, rite preci-
put probauimus, quod ē, recapitulari, ac
repeti. Qui enim iubet proximum dilige-
re, in uirtute præcipuit non mechari, non
furari, &c. In dilectione autem proximi
includitur dilectio Dei, eo quod cum vni-
uersos mortales pro filiis ducat, in hoc
uult amorem nos sibi exhibere, ut nobis
inuicem exhibemus. Vnde Ioā. 4. Hoc mā-
datum habemus a Dco, vt qui diligit

Auctor. illud Psalimi. In æternum non obliuiscar iu-
stificationes tuas, quia in ipsis iuustificasti
me. Secundo arguitur, si præcepta mora-
lia scriptu necessaria erant nihil opus erat.

Ad secundum
dilectio
nem.

Arist. ab ipso eodem homine ea omnia
qua ad amicitiam attinent, ad ceteros
perueniant, quod cil. ex eo quod sequitur
que deamat, alios subinde amare, cu-
nta amicitia iura ac perinde præcepta, qua
inter amicos ac proximos seruantur, hoc
alios concluduntur, vt ita se quisque ad
alios habeat quemadmodum ad seipsum
idque comprehenditur illo generalis præ-
cepto. Omnia quaecunque vultis ut fa-
ciant uobis homines, haec & uos facite
illis.

Aristot.

ARTICVLVS II.

*Virum præceptorum legis veteris trina sit dif-
ferentia, videlicet moralium ceremoni-
alium, atque iudicialium.*

Cum monstratum nobis fuerit præ-
cepta moralia esse plura ordo po-
scit vt exploremus utrum eiudē,
sint specie aī uero triina differentia distin-
guantur, vt alia sint moralia, ceremoni-
alia, alia uero iudicialia. Et arguitur
contra hanc trimembrem divisionem.
Præcepta moralia, vt in subsequentibus
utrius sumus omnia sumi de iure naturæ.
ergo non opus fuit in tabulis legis veteris
scribi. Probatur consequentia, quo-
niam lex diuinæ illie debet nobis suppe-
rias ferre, vbi natura fecerit. Si ergo
ratio naturalis decalogum mortales
docebat, quidnam opus erat lege diuinæ
explicari? eo porisime, quod lex
vetus dicitur literam occidens, vt pa-
ret 2. ad Cor. 3. morum autem præcep-
ta, non occidunt, sed iuificant, secundum Paulus.
illud Psalmi. In æternum non obliuiscar iu-
stificationes tuas, quia in ipsis iuustificasti
me. Secundo arguitur, si præcepta mora-
lia scriptu necessaria erant nihil opus erat.

Arg. 2.

ceremonialia adiuvare. Moralibus enim ut

no. 112

nomen sonat humani mores informārūt inter quos praecipua pars est diuinus cultus, utentes vniuersitatem sub lege natura agentes more & visu vbiisque docuerunt,

Cicero. ceremonia autem ad diuinum cultum pertinent. Vnde Cicero in sua Rhetor. Religio, inquit, diuina naturae cultum ceremoniamque affert. Concludūt ut ergo religonis ceremoniae sub moralibus praeceptioribus. Quod si dicas gratia, p̄mōstrandī Christi tuisse instituta, id lane potius verbis demandari deberet, quam rebus quippe cum verba. vt 2 de doct.

Solario Repub. Augst. Aig. 3. Chrītauctor est Argu-principem teneant significandi locum. Tertio ex eodem fonte arguitur. Iudiciale praecepta ad iustitiae prius perinet, nam iudicium actus iustitiae est quod & Daud in Psalmo significat vbi ait. Quoadusq. iustitia conueniatur in iudicio, officia autem iustitiae, perinde atque aliarum virtutum sub moralib. praeceptioribus comprehendenduntur, nulla ergo necessitas postulabatur, iudiciale mandata moribus adhiberi.

Arg. 4. Quarto argui, si oportuit tres istos praeceptionum ordinis distingueiri, necessarium quoq. fuerat plura adiuvare, nempe telimonia. Nam Deu. 16, legitur, Custodi praeceptor domini Dei tui, & telimonia & ceremonia. Deinde mandata quoniam eodem lib. cap. 21 quauor distinguitur, vbi legitur, Observa praecepta, & ceremonias, & iudicia, & mandata. Ad hanc & iustificationes iuxta illud Ps. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas. Item quia praecepta moralia, vt iusta decalogi uidetur, omnia pertinet ad virtutem iustitiae, debuerunt subinde alia ad hanc de virtute & temperantia & aliis virtutibus. In contrarium est illud Deut. 6. Hæc sunt praecepta, nēpe moralia, per Antoniom, ceremonias, iudicia. Fec. 14. De cem verba scripti in duabus tabulis lapideis, & in hi mininxit in illo tempore, vnde cerem vos ceremonias & iudicia que facere debeatis quibus locis tria hæc praeceptorum genera designantur.

Quoniam de singulis praeceptorum generibus singule inferi repenteantur sunt questiones ad praesentem, qua generalis est, quatuor conclusionibus breui compendio respondeatur. Prima est. Necessarium fuit praecepta moralia legi illa veteri explicari, vt Exo. 20. vbi decalogus scriptus habetur alii locis, quibus alia scribuntur.

tur, comprobatur. Enimvero ut praecipua humanæ legis intentio est homines mutua inter se benevolentia deuincere, ita concordia & Dei propositum est, per suas leges eodem secundum arctissima amicitia copulare.

Quare non est eius intentio, viciusq. bonos nos efficere humano more, sed sibi gratios cum autem similitudo sit mutui Probus amoris fons, secundum illud Eccl. 1. 3. Omnis animal diligit sibi simile, sit ut optimo Deo nemo ḡatus accepimus esse possit, nisi ei suo gradu sit bonitate similis. Et cum auctore Arist. 2. Ethic. virtus sit que Aristoteles bonum facit habentem, & cius opus bonum, intentio diuina legis est, homines utribus sibi gratis imbuere, morum que ornamento decorare. hoc autem non sit nisi per modum praecepta, nam inde dicuntur moralia, ergo illa fuerint le

lucidus ge necessaria. At que hic sit lucidus eorum monitionum sensus, quibus amanitionibus nostri Deus ad virtutes nos diuinarum imitantes allicit. Ut Le. 10 rum. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum qd, mor. Et in Euangelio Christus. Estote misericordes, sicut Pater uester, misericors virtutes est. Luc. 6. & Mat. 5. Estote ergo uos per divinitati, sicut & Pater uester caelitus perfectus sum imitatis. Ac si dicat, Alter ei chari esse non trices a ualevis, nisi suis imitatrice virtute assimi- latus. Quod si contra praeceptorum illorum numerum arguas, quod non fuerit sufficiens, propterea, quod vi parent in Decalogo, præcisè sunt præcepta iustitiae, que est ad alterum cum tamen finit & alio homines virtutes in ordine ad seipsum, ut fortitudine, & temperantia, arque id genus plures. In subsequenti quest. tibi Affulget responsio, vbi patetbunt præcepta alia, quæ tamen omnia in Decalogum reducuntur. Secunda conclusio: præcepta moralia conceduntur sunt aë necessarium, vix etiam vetus ceremoniam cum præceptiones explicaret. Nomen n. ceremonia, siue a Cerere dicatur quam frugum deam colebant Cicerio, quod Cicero. 1. in Verre his verbis annuntiatur. Sacra Cereris, summa maiores valentius nostris religione confici ceremonias que uoluerunt siue (quo Valerius libentius recipit) a Cerere oppido, vbi Roma a Gallis direpta, religionis sacra recondita sunt tamen eos significat ritus, qui ad diuinum attingent cultum. Veruntamen diuinum cultus, vt D. Tho. hoc loco scienter docuit, diffe S. Tho.

center

renter altiusque diuinis legibus instituitur quam humanis. Etenim cum lex humana, ut nuperum dicebamus, rebus duntaxat humanis consulat (nil de Ecclesiastis in presentia desimus) non altiorum cultum Dei instituit, quam quem ad commune temporarium bonum conducere iudicat. Deus autem hominem ad seipsum pertrahens, eum sui cultum suis legibus edocet, quo homines, terrenis pothabitis, ad ipsum animis subleuen- tur. Et cum non solum per internos actus credendi sperandi, & amandi, verum & per exteriores protestationes profiteamur nos eius famulos, necessarium fuit ceremonias illas diuina lege institui. Emergent autem ex hac conclusione dubia duo. Primum, quod negare videmur ceremonialia ad morum informationem pertinere, quandoquidem a moralibus huicmodi præcepta fecerimus. cum tamen in morum compositione pars illa præcipuum habeat momentum, que diuino cultui dedicatur. Quapropter sicuti nos orantes, pallentes, tuisificantes, atque hoc genus cultus offerentes, sic & patres illis suis, ceremonijs, ceu per alios mores, bene deo mercabantur: Secundum dubium est, quod quasi iustum approbamus modum humanarum legum, diuinum cultum ad suum ciuilem finem referentium, cum tamen peruersitas appearat, qua fruendi virum. Dubii autem prior, responso est ceremonialia præcepta non sic esse a moralibus diuersa, ut species ex æquo distingua, sed differunt ut generis determinatio ad speciem. Id quod facile perspicias, si dicrimen memoria repetas, quod libro primo quæstione quinta confitimus inter ea, quæ sunt iuris merè positi, & ea quæ sunt iuris nature. Nam licet omnis lex & præceptum a naturalibus principijs deriuetur: alias, vrilic monstrauimus, neque legis vigorem haberet, neque præcepti, est tamen deriuatio diuersa. Nam ex eisdem vniuersalibus principijs, quedam deriuatur per modum conclusionum, perinde atque in scientiis speculatiis, quedam vero per modum determinationis forme vniuersalis ad speciale. Ad hunc ergo modum moralia ceremonialia man- data differunt, nempe, ut illa deriuens- tur prior modo, haec vero posteriori.

Exempli gratia: Id ne facias aliis, quod tibi fieri non vis, principium est per se notum. Mox quod occidi ab altero no- lis, aut tua dispoliari substantia, aut torum tuum commaculari, eodem etiam lumine naturali clarescit. Ex quibus na- turali itidem consequentia colliguntur moralia præcepta: Non occides, Non furturn facies, Non adulterabis. Et ad hunc ferme modum dicemus infra de aliis quæ sunt extra Decalogum, nam sunt plures gradus. Lex autem humana & omnis politia, non naturali collectione sed humano arbitramento determinat genus ad speciem. Exemplum: Deum esse colendum, principium est naturale. Quod autem hoc vel illo modo, natura non docet, sed ab ecclesia & iangelica per humanas leges, puta canonicas, ab apostolis deriuatas sancti, puta, quod talia feriemur festa, hisque aut in lis ritibus religionem profiteamur. Quod autem negotium ecclesia iam sanctitate prouecte Christus commisit, hoc Deus rudi illi populo, quem ex toto orbis solebat esse illu- strem, per se exhibuit, cuncta inquam uestuti pueris delineavit. Quae idem na- turali cultus principium speciam expou- sit per illa animalium sacrificia, aliquo- ritus quos natura non clare docebat. Et haec sunt ceremonialia præcepta, tamen si hoc fui legi illi peculiare, quod cum esset vmbra futuri Messiae, qui futurus erat verus Deus, talia decuit iubere sacrificia & ceremonias, quibus sub nube & figura eundem Messiam cultores eius profiteren- tur. Ad secundum vero dubium respon- detur bisariam contingere diuinum cul- tum ad ciuilem finem & humanum re- biuum.

Ad secundum detur bisariam contingere diuinum cul- tum ad ciuilem finem & humanum re- biuum.

pre-

præstare, ut animos hominum a terrenis
diuulsoſ ad Deum promoueant. Gentili-
um autem ſuperſticioſa religio catenam
est culpanda, quod ritus in primis fuos
dijſ falſis dicabant. Mox quod demonia-
cis illusionibus feduci extorum inspectio-
ne animalium, aliorumque ſuperſtitio-
ne auguriorum contendebant futura pre-
noſſe. Tertio, quod ſpuriis ceremonijs
vtebantur. A demum quod quaſi felicitati
tem in terra proſperitate collocaſt,
non alia ratione deos videbant colere,
quam quod eorum ope indigebant. Qua-
te aliam colebant frugum deam, alium vi-
ni, atq; alium bellorum, qui cum ipliſ age-
bant, tunc præcipue placare curabant. Ter-
tia concluſio. Præter hæc duo præceptorii
genera, neceſſarium rurſus fuit iudicialiū
tertiū. Huius enim ratio ſimilis est, quā
de proximis ceremonialibus informauimus.
Cum enim lex diuina homines pri-
mum in ordine ad Deum, mox ad ſuam in-
uicem amicitiam pacemq; instituat quo-
rum vtrunque naturaſ lex in genere pre-
cipit, conſequens fuit, vt ambo in ſpecie
Deus explicaret. Atque adeo ſicut ceremo-
nialia præcepta peculiarietate diuino cul-
tu inſtituit, ſic etiam debuit iudicia con-
ſtitueret, quibus benevolentia & pax inter
homines conſtareret. Collige ergo differen-
tiam horum trium generum præceptio-
num, eliqua n. duo i moralibus deriuantur,
quæ dictamina ſunt iuriſ naſtra, nem-
pe ceremonialia respectu diuinæ cultus, iu-
dicialia uero respectu tranquillitatis hu-
mania. Quo circa vi in ſolutione primi au-
tor est. S. Tho lex veſus aliquid addēbat
ſupra ius naſtra, niſi in eo modo, quo
leges humanae adiectories ſunt ad ideam
ius. Habeimus etenim & ſub noua lege ce-
remonialia, vt dictum eſt, vt psalmo iam
processiones, thurificationes, & alia huius-
modi. Et iudicialia, vt excommunicatio-
nes, ſuſpenſiones, arque irregulatiriae, &c.
Et antiquas Canonum pœnitentias.
Sicuti & iure ciuili iudiſalia ſupplicia
malefactoribus decreta. Niſi quod ra-
tione ſupra dicta Christus hæc in Eu-
angelio non exprefſit, ſed ecclēſia & recipi-
blice ciuili commiſit. Deus autem in lege
ueteri ciuili explicit. Hinc ſubſequitur
alterum diſcriben, nempe quod præcepta
moralia ſunt ſimpliſter de iure naſtra, pu-
ta præcepta, quia bona, aut prohibita, quia

mala. Reliqua vero de iure poſitivo dia-
no, ſicut ceremonia & iudicia noſtra, de
poſitivo humano, nempe bona, quia
præcepta, vel mala, quia prohibita.
Quemadmodum Aristot. Ethic. capitu-
lo iepimo diſtinguit iustum naturale,
hoc eſt natura ſua tale, & legittimum, quod
ante quam poſitum eſſet, nihil reſervebat,
ſed poſquam poſitum eſt. Atqui ad hæc Paulus
tria genera forte alluſit Paulus ad Rom.
7. dicens, quod lex eſt ſancta, quantum ad
ceremonialia, eo quod illud eſt ſanctum
quod Deo dicatum eſt. Et mandatum iu-
ſum, quantum ad iudicialia, & bonum,
hoc eſt honestum quantum ad moralia.
Hic demum adiungitur quaſa concluſio.

Quaſi alia inueniantur in ueteri lege. Quid
nomina, ſcilicet mandata, teſtimonia, &c. con-
ſtitutiones, cuncta tamen ad hæc tria ge-
nera reducuntur. Ratio-concluſioſis ſic
habet, quædam in lege exiſtunt que euſ Rōm
agendorum præcepta edicuntur. Alia cluſio
vero adhibentur quafi robur ad eorum
cultidom. Illorum ergo ſunt tria ge-
nera iam poſta horum autem altera tria.
Nam quod ad legis obſeruaniam con-
ducit, priuim eſt legislatoris auctoritas
ſecundum vero legis utilitas, quæ eſt vel
coaequatio pœnū, vel ſupplici cauio.
Illa ergo quibus auctoritas maiellatque
legislatoris commendatur, dicuntur teſti-
monia, vt Deuter. 17. Audi Israhel, Domi-
nus Deus tuus unius eſt. Elegit caput,
quo pronunciavit creator celi & terre.
Et in Pſalm. Tu terribilis eſt, & quis
reſiſteret tibi? Et Omnipotens nomen e-
ius, & ſimilia illa vero quibus vel pœna,
vel ſupplicia proſecutur, dicuntur iuſti-
ficationes, vt Deuter. 18. Si audierit oīcum
Domini Dei tui faciente celſiorem cu-
ntis gentibus. Et Iaia 1. Si audierit bona
terra comedeti, quod ſi noluerit, & me
ad iracundiam proouocauerit, gladii de-
uorabit uos. Nam per hæc diuina iuſtitia
commeſtatur. Mandatum autem forſan
idem eſt quod præceptum. S. d. quoniam
loco cirato videntur ab inuicem fecerit,
forrata præcepta referuntur ad ea, que
ad ſalutem ſunt neceſſaria, mandatum ue-
ro ad illa, que per charitatem ſupere-
rogantur, cuius generis ſunt & Euange-
lica conſilia. Atque illud Exodo. 2. Si
pignus accepereſi uelſiſtendum a proxi-
mo tuo, ante ſolis occulatum reddas ei.

Vel

Tertia
concluſio.

Primum
diſcri-
men
inter
tria ge-
nera pre-
cepio-
num
nummo-
raliū. f
ceremo-
nialium
& iudi-
cialium.

S. Tho.

Scđm
diſcri-
men.

Vel fortè præcepta sunt, quæ Deus in tabulis scriptis ut Decalogus, mandata vero quæ Moyū reuelauit, ut populo promulgaret. Tamen si & ipse iustificationes, testimonia etiam sunt diuinæ iustitiae. Vniuersa autem reducuntur ad tria priora genera lii quandoquidem alia (ut dictum est) non tam præcepta sunt, quam ad eorum custodiā pertinentia.

Ad pri- His hoc pacto constitutis, ad primum mū. arg. argumentum in contrarium responderet, quod eti præcepta moralia nihil aliud sunt quam quod lex naturæ dicit, & serena ratio docere potest, opera prærium nihilominus fuit, ut Deus non tantum in supernaturalibus, verum & in naturalibus tali prudentia illis opem ferret. Nam eti nunquam rationi synderesis eo usque extingui valeat, quin prima principia iuris ei resurgent, tamen ea potest caligine obducere, ut circa eorum conculciones hallucineretur obretereque. Idque non solum in speculabilibus, verum & in morib. Mirabile enim est dictu, quanta speculabilibus sapientum veristorum deliciamenta memoria prodiuntur. Et in moribus non solum forniciatio simplex, verum & grauiora pro licitis duebant.

Atque illo maximè tempore, quo lex data est, hanc mentium nebulam credibile est mortales obtenebrasse. Eadem enim de causa & supernaturalis fides non solum de supernaturalibus articulis nos erudit, verum & de alijs quos natura docet, quod Deus est unus, atque omnium causa, quodque anima sit immortalis, & de similibus. Id autem quod in eodem argumento adiecitum est, nempe id, quod nescius. est literam legi occidere, moralibus præd. arg. ceptis non competere, negatur. Immo, Aug. ut Aug. libro de Spiritu & litter. cap. 14. Autor auctor est, nosque ab ipso instruti super inc. tertiū caput ad Rom. fūsē tractauimus, Ephes. præcepta ipsa Decalogo sunt, de quibus ad Ro. Paulus ait litteram occidere, arqueiram operari. Non quidem quod id directa intentione (ut iam dictum est) facerent, sed quia offendendo peccatorum opera nudabant subditas omni excusatione: & tamen lex illa gratiam non conferebat. Attamen qui ex fide venturi Christi iustificati illa praefabant iustitiam suam augebant apud Deum. Etideo appellabat ea-

dem opera David iustificationes. Secundum etiam argumentum solutum est, vbi Ad secū declarauius quemadmodū ceremonia dū arg. lia ad mores quoque & metira pertinent: sed tamen quia naturali lunzine non elicuntur ex dictamine naturæ, sed humano arbitramento vel diuino, à mortalibus ceremonuntur. Itaque Deum colere, præceptum morale est: hoc autem vel illo ritu, ceremoniale.

Ad aliud autem quod illic subiicitur, respondetur, quod ei iam si verba commo- Ad conditora ad significandum nihilominus ut firmatio Dionys. primo capit. Celestis Hierarch. nem. auctor est, nativum est hominibus rerum Dionys. similitudinibus sensibilibus spiritualia in- telligere. Ob idque decuit tales illi populo ceremonias iubet, quibus venturum Christum proficerentur Ad tertium Ad ter- pariter, ut de ceremonialibus, responden- tiū arg. tur, quod eti actus iustitiae in generac moralia præcepta pertineant, tamen hac vel illa in particulari iudiciorum præcep- tia dicuntur judicialia. Quemadmodum quod omnis malefactor puniendus sit, precepitum est morale, quod autem fūsē ful- pendens & hereticus comburendus, iudicialia sunt. Vnde cum iudicialia par- tim cum moribus conueniant, scilicet q̄ à ratione derivantur, ad moresque perti- nent, & partim cum ceremonialibus, in hoc scilicet quod viraque speciales sunt de terminations generalium præceptorum, consequens factum est, ut nonnunquam connumerentur inter moralia, vti Dent. 5. Audi Israeli ceremonias atque iudicia: quādoque vero inter ceremonialia, vti Leuit. 18. Facieis iudicia mea, & præcepta mea seruabis. In priori enim loco iudiciorum nomine comprahenduntur mo- ralia: & in posteriori ceremonialia. Quar. Ad quarum vero supra solutum est præter illam particularē de virtutibus moralibus di- stinctis à iustitia: quarum vtique præ- ceptia statim quæstio, proxima constabit, quomodo ad iu- stitiam reducantur:

eo quod præ-
pium dicit
sem-
per rationem de-
bitis.

ARTICVLVS III.

Vtrum lxx. vetus ad sui obseruantiam per temporalium promissiones & comminationes debuit subditos inducere.

Post veteris legis precepta, sequitur in tertio articulo ut dicamus de eius premis & paenit., quibus eius cultores & alieniebant ad eius obedientiam, & à transgressione deterrebantur. Quodritur, inquam, vitrum docuerit promissiones illas

Argu. 1. & comminationes esse temporales? & arguit à parte negativa. Intentio diuinæ legis est, lumines Deo amore, & timore subiungere: secundum illud Deut. 10. Et tunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas. Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eū temporalis autem cupiditas à Deo animo longem abducit: secundum illud August. lib. 83. questionum q. 36. Venenum charitatis est cupiditas: ergo illectamenta illa ac territatem minimè diutinam legem decubant. Secundo, Leges humanae inde apparent deinceps, quod per hæc lubrica, pereuntiaque temporalia ad bonum ciues promouent: lex ergo diuina quæ ad immortalem felicitatem mortales ducit, non deberet similibus munusculis ac deterriculis vti, atque eo minimè, quod temporalium prosperitas communis est iniustum iustis, atque aduersitas iustis etiam cū iniustis, secundum illud Eccl. 9. Vniuersa temporalia hac eueniunt iusto & impio: bono & malo: mundo & immundo: immolanti victimas, & sacrificia contemnenti, ergo temporalia bona vel mala incongruent statuuntur. vt præmia vel pæna mandatorum legis diuina. In contrarium autem est illud supererrimè citatum Isaiae 1. Si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis: quod si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius deuorabit vos.

Adnotandus est in primis questionis titulus. Hand. n. in dubium revocatur, quin custodes ilius legis per fidem & gratiam Iesu Christi præmia consequentur a terra, transgessoresq; afficerentur perpetua

supplciejs, sicut Euangelicis professoribus contingit. Effulerat namque antiquis illis alterius, vita lumen: vt patet Genes. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Sic enim appellabant decepsum vitæ presentis: propria quod illis nondum colestes fores patebant: quare etiam iuli descendebant ad limbum. Et Ezech. 37. aperta extat futurae resurrectionis prophœtia in campo illo, quem prophœtice cernebat plenum offi. Nam dictum est ei, Putantur vivent ossa ista? Et sequitur. Ecce ego mitam in vos spiritum & viuetis: lob. 19. Credo quod redemptor meus viuit. Et act. 23. mentio fit opinionis Saducœorum negantium resurrectionem mortuorum contra fidem quam reliquias populus sustinebat. Et David in Psalm. 10. In memoria eterna erunt iusti. Et Sap. quinta. Tunc stabunt iusti, in magna constantia aduersus eos qui se angulauerunt. Et de miseriis supplicia lucentibus subdatur. Videntes turbabuntur terrore horribili, & c. Igitur quod in questionem produxitur non est cur non fuerint illi patres aut præmati, aut puniti nisi temporaliiter: sed cur, cum eadem illos sicut nos, præmia, & supplicia manerent sempiternæ, non fuerint in lege scripta nisi temporalia. Respondet ergo unica conculsione. Condecens fuit & illi populo congruissimum, vt illi pollicitationibus, & comminationibus temporalium adduceretur, iam enim superiori libro monstrum est leges ad sui obseruantiam supplicium metu præmiorumq; spe hoies attrahere: instar scientiarum speculatiuarum, quæ per principiorum cognitinem ad conclusionum assensu permoveant. Quapropter ea esse debet legislatoris prudentia. Ut secundum ingenia ciuium præmia statuuntur quæ supplicia, populum aut illum Paul. ad Galat. vt q. præcedenti meminimus, pueri confirmi sub pedagogo eruditur: sed naturale puerorum ingenium est, solis illis munusculis allici, quæ sunt ante oculos: nam ea quæ absunt, mente percipere nequeunt. Et eadem ratione punitum timore deterritur Expedientissimum ergo fuit, vt lex illa que, vt dictum est, tāquam imperfecta quedam ad perfectionem Euangeli gentem illam preparabat, infimo illo præmiorum præsumq; genere vicerit. Quæ pp. Paulus ad Paul.

Sensio
ri
clu

Cō. la
respon
sua.

Probl
lio pi
ma co
clusio

Paul.

ea quæ absunt, mente percipere nequeunt. Et eadem ratione punitum timore deterritur Expedientissimum ergo fuit, vt lex illa que, vt dictum est, tāquam imperfecta quedam ad perfectionem Euangeli gentem illam preparabat, infimo illo præmiorum præsumq; genere vicerit. Quæ pp. Paulus ad Paul.

Phi-

Philip. 3. Euangelicam familiam veluti filios iam Dei charitate proectos, atque in hereditatem missos exemplo suo communitate facit, dicens: Quæ quidem retro sunt, obliuiscens, ad ea que priora sunt, extensis meipsum, ad destinatum persequor, ad brauum superna vocationis in Christo Iesu. Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, &c. Ecce ergo cur Exod. 30. vbi Deus apparet Moysi, quem ad seniores populi in Aegyptum delegaret, qui bus datus erat legem, hoc tantum eis polliceretur, quod adducet eos in regnum Chananaeorum, terram, scilicet fluentem lacte & mle. Christus autem Matth. 5. Iator legis nouæ, non inferius regaum, quam calorum, nobis proponit. Illuc bona terra promittuntur: in Euangeliô vero vita æterna. Et Deut. 28. Si audieris, inquis, vocem Domini Dei tui, &c. faciet te Dominus Deus tuus excelsiore cunctis gentibus quæ versantur in terra: venientque super te vniuersæ benedictiones istæ. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro, &c. Matth. autem 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum calorum. Beati mites quoniam ipsis possidebunt terram. Non viueat infernum Chananaeum, lacte & melle fluente, sed supernam Angelorum, diuinæ nectare exuberantem. At verò huic quæ canonica ratio est, alteram eidem proximam subiungamus ex eadem pululanter radice. Cum illa inquam quæ Christus mundo promissurus esset, vix pre sua celitudo ab hominibus credi poterant, quia neque in eis hominibus ascenderant, consulus Deus voluit fidelitatem suam in illis temporalibus declarare, vt certiorcē arrogaret apud nos fidem, dum postmodum inusubilia promitteret. Hac enim de causa populum illum in exilium Aegyptiacum ire sinit, ut inde eum postea in terram promiscuam optima fide cum tam ingentibus signis & portenis reuocaret, nepe ut in illis, tum celestium futuras promissiones depingeret, tum etiam, ut quam esset in suis pollicitationibus fidelis, humano generi persuaderet. Atque hac, ut reor, de causa August. August. 4. libr. contra Faustum, illud appellat testamentum verus, hoc verò nōnum, scilicet non ob id tantum quod illud huic praeuit, verum & quod illius promissiones rerum erant cum tempore se-

nescientum: in nostro verò illa promittuntur, quæ sunt in æternum permanentia. Si milie est & inter supplicia illius, nostra quoque legis discriminem. Pater enim tum alibi sepe, tum luculentem Leuit. 26. vbi post temporalia præmia, videlicet, Si in preceptis meis ambulaueritis, &c. dabo vobis pluias in temporibus suis, ut terra germet semen suum, & id genus plurima: subdit, Quod si non audierit me, visitabo vos velocius in egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra seratis semen, ab hoīibus deuorabitur.

At verò non sic de hoc intervallo hallucinandum est, ut quis credit neminem illuc opera fecisse, nisi metu pœnæ. Sancti enim illi patres, vt Moyses & Abraham, & prophetæ, timore filiali Deum reverebantur. Et vice versa in Euangeliô multi timo reseruili peccabuntur. Quin verò vt Apostolus ad Roman. 1. non admonet, longè Paulus.

apertius nobis Christus in Euangeliô communius est Dei iram de celo reuelatam nempe infernorum tormenta. Sed discriminem est, quod illi non communabatur Deus nisi temporalia supplicia, nobis autem communatur æterna. Ait enim Deus per Isaiam, si audieritis, bona terra comedetis, quod si nolueritis, gladius deuorabit vos. Ait verò Christus. Etabunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Præterea, Lex illa plena erat timore, quare data est in monte cum tonitruis & coruscationibus: quod Exod. 20. exponens Moyses ait: Ut probaret vos venit Deus, & ut terror illius esset in vobis: Nostra verò lex in igne amoris effulgit in die Pentecostes. Quod quidem discriminem differit ad Hebr. 12. Paul. Quare in illam legem peccantes, statim in supplicium rapiebantur: ut patet in conflatione vituli: vel tradebantur Philistheis, aut Babylonis, aut alijs hostibus quibus vindicibus iratus Deus vtebatur. Vnde David Psal. 77. Cum occideret eos quærebant cum, & reverebantur. Nobis autem (quod notatum dignum est) nullum in Euangeliô communius est Christus temporale supplicium, sed cuncta nos manent in altero sæculo. Quia de causa multo quam illi deberemus acerbiora expauescere. Sed de discriminatione inter ambas leges accuratiorem habebimus questione 7. luculentioremque ser-

G 2 monem,

Senius
propos-
te que
stionis.

Alter
iò con-
clusiois.

August.

Paulus.

QVÆSTIO III.

DE MORTALIBVS
Præceptis.

S.Tho.1.2.quæst.100.

ARTICVLVS I.

Vtrum omnia præcepta moralia pertinent
ad legem naturam.

HActenus est legis præceptis in gñ: Decedēdū ergo iā est ad sp̄s singulas. Inter hæc aut̄ primū ac principē locū moralia obtinent. De quibus duas adornamus questiones: nempe hæc, de omnib. in gñ: atq; alterā specia tim de singulis. De his ergo primū interro gatur, vtrū oīa pertineant ad legem naturam. Et arguitur à parte negatiua. Primo, Eccl. Argu. 17. Præcepta moralia dicuntur disciplina: de illis. n. d. addidit illis disciplinā: & legē vite hæreditauit illos. Disciplina autem, cū per doctrinam acquiratur, contra legem naturam diuiditur quæ viptate non addiscit, sed naturali instinctu percipit, nō ergo omnia præcepta moralia sūt de lege natu rae. Secundo: Lex diuina perfectio est q̄ humana: Lex at humana legi naturali mul tū accumulat honorū operū documenta, vnde sit, vt cum ius naūra idem sit apud omnes: humana tamen morum instituta sint apud diuersos, diuersa: ergo multò sunt a quibus vi diuina lex aliqua naturali insuper adderet. Terriō: Non solum naturalis iō, verum & fides ad morum institutum con ducit. Vnde Pau. ad Galat. 4. Fides ait per dilectionem operari. fides autem, sub natu rae lege non comprehenditur, quippe quæ super naturā rationē extollitur, ergo non omnia præcepta moralia legis diuinæ ad legem naturæ spectant. In contrarium est il lud Apost. ad Rom. 2. Gentes quæ legē nō habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Pto

monem, vbi de lege Euangelica dicēdum nobis restat.

Ad pri mū arg. Ad primum igitur argumentum respō detur, tres esse hominum ordines quantum ad temporalium cupiditatem distinctos. Vnus enim est perfectorum, qui neutrū oculum ad huiusmodi fluxibilia bona communicijunt, sed illisprosū abie citis Deo infixi sunt. In quo ordine non erat ille populus: licet quidam rarissimi hunc gradum pertingerent: quorum ait

Paulus. Paul. dignum non fuisse mun dum. Alius est extremus ordo petuerorum, qui finem suum in huiusmodilibri cis bonis statunnt. Atque horum cupidita

August. tem afferit Aug. esse charitatis venenum quibus idē periculosa esset lex, quæ temporalia promitteret. Sed tertius est mediū imperfectorum gradus: qui scilicet bona temporalia sic cupiunt, vt viam indicent ad æternorum frumentum, quare istis salutare est per hæc temporalia ad amorem Dei pellicere. Nam vi est in Psalmo: Con fitabit tibi eum beneficeris illi.

Ad secū dū arg. Ad secundum respondetur, quod præstantia diuinae legis præ humana inde deprehenditur, quod humana proponit præmia ab hominibus conferenda. Deos autem, illa que ipse est collaurus. Ob idque optimo iudicio illa largitur iustis & subtrahit iniustis: nisi quandoque ratio contrarium popofcerit. Vnde si historias veteris instrumenti peiustres, semper ille populus quamdiu Deo legique parcerat, tem poraliom prosperitate affluebat. & contrandum ab eius gratia decidebat, tunc coeli atque hostium aduersitatem experiebatur. Quod si iustos aliquos, quos ait ab Hebr. Paulus angustiatos, & afflictos, mala fuisse perffessos, eiūmodi aduersis exercebat, hoc faciebat, vt eis ad maiorem coronam cederet, quamvis, & nonnullos qui exterius legem colementes internum cor in tem poralibus sentiebat infixum, sc.

euendum illud Esa. 9 Po-

pulus hic labijs gne-

honora, cor

au-

tem eorum longè est à me, Si

necbat quidem in accumu

latiorem iporum

condemnatio-

nem illis

fui.

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.

Ad quam duabus conclusionibus respôde tur, Prior est, Vniverſa moralia præcepta

Prima nō solū quæ veteri testamento scripta sūt, conda

immo si quæ sint alia, sūnt de lege naturæ,

Paulus, vbi moralia præcepta designabat.

Quæstio præsens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vñierism de cunctis quæ per se ad mores, pertinent.